

IN S. MATREM ANNAM.

AUCTORE P. F. FR.

ANNA, de cuius parienda sinu est
 Mulier promissa homini caduco
 Labis expers, hosti inimica nequam 1):
 Excipe laudes!

Naufragis Arcam 2) vehis amplio rem
 Noe: quae gestante utero structur.
 Foederisque Arcum generas amicae
 Pacis in omen 3).

Mors atrox istud Medicamen 4) horret,
 Sub tuo quod mox gremio latebit:
 Nam gignes Vitae Genitricem ab ortu
 Ter benedictam 5).

E tui partus ofietur umbra,
 Quam Prophetae olim petiere Stellam 6),
 Quamque anhela vitae populique clamor 7)
 Votaque regum 8).

Civitas David 9): sapientia in illa
 Condet Aedem 10) non superabilem unquam,
 Sacra cuius Porta oriente aperta est 11)
 Gentibus Adae.

"ANNA, CURNAM FLES?" 12) Patienter ipsa
 Iam senex alvo sterili laborat.
 Supplici tandem prece destinata
 Prole repletur.

Vera sic promissa aliquando fiunt:
 Pro signis rerum statuuntur ipsae:
 Hostis exclusus; paradisus autem
 Redditur Adae.

Post Dei sanctam Genitricem et ANNA
 Rite prostabit populo invocanda,
 Quo salutis spem tolerantem adeptus
 Perficiatur 13).

1) Gen. 3. 15.—2) Gen. 7, 7—9.—3) Gen. 9, 14—17.—4) Sap. 2, 24,
 cf. Num. 21, 9.—5) Luc. 1. 28, cf. Gen. 3. 15, et 12. 3.—6) Litan.
 Laur., cf. Num. 24. 17, et Isai 60. 23.—7) Cf. Gen. 49. 10. et Isai 45.
 8, et 64. 1.—8) Cf. Matth. 13. 17, et Luc. 10. 24.—9) II. Reg. 5. 7,
 et Isai 62. 12.—10) Prov. 9. 1.—11) Ezech. 46, 1.—3, et Litan.
 Lauret.—12) I. Reg. 1. 8.—13) Jac. 1. 4.